

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 09.05.1721

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 42

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238198

Vr summe Reverende,
Parens atque Praceptor ex animo
observande,

42

Litterae duae magno mihi gaudium fuerunt. Deus
te, filiumque erigat, et incolumem servet!
Dox. Burhardi, qui hic aliquantisper liberis
instituendis operam impendit, nunc in patriam
reversus est, postquam hospes cum uxoribus ad
illum dimittendum consenserant. Desiderare enim
dicuntur hominem, cui plus virium infit,
ad acceptulorum ferendos. Non dubito, Deum
illi prospecturum. Desideratur hic ab illis, qui
indolem eius norunt. Itaque si contigerit, ut
abs te, vr summe Reverende, studiosus Stala
Berolinum mittendus flagitetur, gratissimum
illi fore existimo, si commendetur. Hodie
qui dies est natalis alumni mei, examen de-
nuo subendum fuit, cui intererant Rector Dn.
Nottchius et Dr. Rossardus, quorum uterque
profectibus eius delectari videbatur. Hic tam
ante sex, ille autem ante tres menses ~~alumnus~~
alumnus meum audivit. Ita circumsepti ma-
nemus testibus. Facie meo nonnihil quoque le-
vatus sum. Ad instituendas enim filiolas duas
natus minimas aditus est Dn. C. Precher,
commendatus a pl. R. Dn. Rossard. Exemplum illud
transmissum e Stesia de abnegatio vanitati-
bus

bus laude dignissimum est. Utinam exemplum
multi sequerentur. Voculas equidem de
mea institutione quoddam emissas esse scio,
illam esse pedanticam, sed nondum satis illud
encomium mereri mihi visus sum. Quod enim
ad eiusmodi vanitates attinet, parum adhuc effecti,
esse testimonium nonnunquam ferre his de re-
bus licuit. Non autem Domina mea sic me
accusavit, sed vir quidam, malevolis forsan sermo-
nibus de me habitis deceptus. Hanc autem
libertatem capienti concessit Domina mea, ut
non adstant ludis alumnis, neque illum educam
in eiusmodi conventus. Itaque quoniam sine
me raro ea adibus dimittitur, ego autem ubi
comes sum hoc paciscor, non esse ludendum,
plerumque hoc gaudium excidit. Nuper inter
prandendum cum Domina mea narraret, lega-
tum Britannicum Withworth data occasione di-
xisse regi prandenti, simulatque audiret, saltati-
ones mini Arv corticis non probari, sed ab eis
tanyquam peccata repudiari, statim se de iudi-
cio prudentiaque eiusmodi hominis valde dubita-
re, fuisse olim hoc ipsius cultus divini genus
eti. non poteram omnino tacere, praesertim
cum Domina mea, se mitius istis de rebus iudica-
re, significaret. Nil me dubitare, dicebam, quin
i-

ipsa eiusdem sententia futura sit, quam habeam. Haud dubie enim otiosus conventus vitioris conditionis hominum peccaminosus esse, cum factis verbisque otiosis, quibus eiusmodi conventus abundet. Annuebat. Pergebam, ~~ha~~ non minus igitur maximorum hominum otiosus conventus aequè peccaminosus esse, cum factis verbisque otiosis, quibus eiusmodi conventus abundet: ut mentis quisque sibi caveat, ne ipsiusmodi otiosis factis verbisque exemplum aliis vel eiusdem vel minoris etiam fortis probeat horarum sine gloria et obsequio dei quodrendo transigendum. Idque monitum tanto maioris momenti esse, quo frequentiores audiantur querelae, quod tantum temporis domesticis vel aliis curis abripi, ut de Deo parum cogitari queat. Tanto minus igitur minutum temporis spatium, quod superfluis, inanibus ludis saltationibusque dandum. Haec ista oratione dicta mentem Domini ferebant, ut agnosceret vera esse. Largiatur. Deles, ut sciam, quomodo me hac in re gerere debeam. Multum urgere hunc articulum nolim. Cum enim aures alumnorum haut parum pateant illis, qui vanitates laudant, notum est illum ipsum et ceteros iri-

ri-

ritare, ut fortius, quam opus est, vanitati suae pa-
trocinium querant, mihiq[ue] opponant. Deus
doceat me, quicquid his in rebus agendum est.
Causam, cur nolim adesse ludenti alumno, hanc
Dominus dixi, quia nolim aliquando illum
dicere, fuisse sibi quidem præceptorem, qui
magno studio ipsum ad sacras literas cogno-
scendas compulerit, sed eundem tamen non dubi-
tasse, ludis ipsius adspicere, ipsumque ad ludendum
educere. Quodsi tu, vir summe Reveren-
de, incidat atque monitum, quod utile mihi
fore iudicas, ne quæsp[er] illum me celes. Exemplar
Relationum Malabaricarum Domina mea accepit
regius dandum, unum retinebit ip[s]e. Tertium for-
san et quartum principi regio dabit. Non au-
tem promisit. Itaque occasionem quæram eius
interrogando, an principem quoque proremq[ue]
eius ipsis munusculis donare velit. Pl. Redue
Dr. Franckium saluto ea animo. Deus corro-
boret illum, is enim nos aliquando omnes
eriget. κατὰ τὴν ἐνέσπρηαν ἐστὶν δὲ ἰσχυρὰ δὲ
λοὺ καὶ ὑποτάξαι ἐν τῷ καὶ πάλαι. Sum,
vir summe Reverende,

Auus
omni cultu et ob-
sequio
Augustus Schu.